



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XXIV. De Vesperis & Matutinis pro defunctis celebrante.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

TITVLVS XXIV.

De Vesperis & Matutinis pro Defunctis Episcopo
celebrante.

1. **Q**via in officiis Defunctorum diuersæ cæmoniæ ab ordinariis cæmoniis obseruandæ sunt, id est de iis hic pauca subiungentur. Et primò de Vesperis & Matutinis Defunctorum.

2. Episcopus induitus cappa Pontificali lante venit ad Ecclesiam more solito & accedit ad sedem suam, ubi parum sedet, assistentibus sibi solùm Capellanis & Ministris de libro & candela, nec non Cæmoniario indicante quid & quomodo agendum.

3. Post pauculum moræ surgit Episcopus, & detecto capite versus Altare dicit Pater noster. Et ceterò usque in finem, & Chorus annuente Cæmoniario incipit Antiphonam Placebo Domini, &c. illam integrè recitando usque in finem, qua finita, & inchoato Psalmo Dilexi &c. Episcopus sedet, caput cooperit & sedet quo usque inchoatur Magnificat &c. à Choro, tunc surgit & stat detecto capite usque in finem, qua finita surgit & detecto capite incipit Pater noster quod secretio complet.

4. Interim duo Ceroferarii comite Cæmoniario accedunt cum candelabris & cærevis accensis de cera communi ante Episcopum, & inter eos erit medius minister de libro seruiens, deinde Episcopus cantat Et ne nos inducas &c. cum versiculis aliis in Breuiario post vespertas Defunctorum assignatis, Choro respondente, & orationem congruam, qua finita versiculum Re-

q uim

De Vesperis & Matutinis pro Defunctis &c. 587

quieternam &c. Choro respondentie Et Lux
perpetua &c. Deinde Chorus Requiescant in pace.

5. Quo dicto sedet Episcopus recto capite,
& post modicum moræ surgit capite detecto, di-
cit secretò Pater noster &c. quo dicto, adhuc capi-
te detecto Chorus incipit Iouitatorium Regem
cui omnia viuunt, &c. pro Matutinis cum Psalmo
Venite exultemus &c.

6. Cum Chorus incipit Psalmum primi No-
cturni, Episcopus sedet recto capite, & sic manet
quousque dicatur Responsorium Versiculi ante
primam lectionem primi Nocturni; tunc surgit,
& detecto capite dicit secretò Pater noster, mox
sedet capite recto, quousque dicatur Respon-
sorium Versiculi ante quartam lectionem se-
cundi Nocturni, & tunc pariter surgit, di-
cens etiam secretò Pater noster, mox sedens
prout in primo Nocturno. Idem facit post
Responsorum versiculi ante septimam lectionem.

7. Lectiones ipse cantantur per Cantores aut
alios iuxta loci consuetudinem in tono consue-
to & Responsoria per Chorum, deinde Psalmi
cum suis Antiphonis pro Laudibus, & cum in-
choatur Canticum Benedictus &c. Episcopus sur-
git detecto capite & cum repetitur Antiphona.
Ego sum &c sedet cooperiens caput.

8. Interim duo Ceroferarii cum cereis accen-
sis, ut ad Vespertas, accedunt ante Episcopum, &
omnia fiunt ut supra in fine Vesperarum, quibus
finitis Episcopus cum aliis discedit, quia
nec datur benedictio, nec publican-
tur indulgentiae.